LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 67v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">


ab ipsa veritate: ut eos ne status quidem sui corporis admonere veritate
illis in summo esse querendam: Ex hac desperatione confessio illa Socratis
nata est: qui se nihil scire dixit: nisi hoc unum: quod nihil sciat: Hinc
Academie disciplina manauit si tamen disciplina pōt dici in qua igno
ratio & discitur & docetur: Sed ne illi quidem: qui sciam sibi assumpse
runt: id ipsum quod scire se putabant: constanter descendere potuerunt:
qui quoniam ratio illius non quadrabat ignorantiam rerum dinaru
tam vary tam incerti fuerunt. Sibiq; sepe contraria dissereres: ut qd sen
tirent: quid vellent: satis statuere ac diiudicare non posses: Quid igit:
pugnes aduersus homines: qui suo gladio pereunt: Quid labores: ut eos
destruas: quos sua ipsos destruit: atq; afficit oratio: Aristoteles: inquit Ci
cero: veteres phos accusans: aut eos aut stultissimos: aut gloriosissimos fuisse
qui putassent ingenij sui perfectam esse sapiam: Verum est: Sed ne ipse
quidem satis prudenter: qui aut a ueteribus ceptam: aut a nouis auctam:
aut mox a posterioribus perfectum iri putauit: Nunq; n. potest inuestigari
quod non p uiam suam quaritur: ~

Sed repetamus id: quod omisimus: fortuna igitur nihil per
se est: nec sic habendum est: tamq; sit in aliquo sensu: Sic
dem fortuna est accidentium rerum subitus atq; inopinatus
euentus: Verum phi ne alii non erent: in resultra nolunt esse sapi
entes: que fortune sexum mutant. Eamq; non deam: sicut uulgus:
sed deum esse dicunt: eundem tamen interdum uam in dū for
tunam. Quod multa inquit Cicero efficiat inopinata nobis ppobscu
ritatem ignorationemq; causarum: Cum igitur causas ignorent: pp
quas fiat aliquid & ipsum: qui faciat ignorent: necesse est: idem iopi
valde serio: in quo precepta uite depromptu ex phia filio datur. Magna
inquit esse fortune vim in utramq; partem quis nesciat: Nam & cum
prospero flatu eius utimur ad exitus prouehimur optatos. Cum re
flauerit: affligimur: Primum qui negat fieri posse quicq; si hoc dix tamq;
& ipse & omnes sciant: Deinde qui &: que clara sunt: dubia conatur ef
ficere: hoc putauit esse clarum: quod illi esse debuit: uel maxime dubi
um: Nam sapienti omno falsum est: Quis inquit nescit: Ego vero nes
cio: Doceat me si pōt: que sit illa uis: qui flatus sit & qui reflatus: Turpe
igitur hominem ingeniosum id dicere: quod si neget: probare non possit:
Postremo quis: qui dicit assensis esse ꝛtinendos: quod stulti sit hominis
rebus incognitis temere assentire: is plane uulgi & imperiti opinionibus
credidit: qui fortunam putant esse: que tribuat hominibus bona &